UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

53. Universis, & singulis &c. Monitorium die 13. Octobris 1713. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra reos, fautores, & complices violentæ expulsionis Archiepiscopi Messanensis, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74859

Visual Library

ſeptigenteſimo ſeptimo, Indictione decimâ quintâ, die verò trigeſima menſis Julii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentiâ Papæ XI. Anno ſeptimo.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

Die 31. Januarii 1708. Elapſis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliiſque ſervatis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, lata, & publicata fuit contra omnes præfatos citatos Contumaces Sententia declaratoria incurſus in omnes, & ſingulas Cenſuras, ac pænas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impreſſa, & conſuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula nuncupat. Cedoloni, qua univerſis Chriſtifidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Eccleſiaſtica Sepultura omnes, & ſinguli, contra quos prædicta Sententia lata fuit.

IV. MONITORIUM

Die 13. Octobris 1713. vigore ſpecialis Chirographi Pontificii expeditum contra Reos, fautores, & complices violentæ expulſionis Archiepiſcopi Meſſanenſis, Epiſcopi Catanienſis, & Epiſcopi Agrigentini à Regno Siciliæ ob immunitatem, & juriſdictionem Eccleſiaſticam ab ipſis conſtanter aſſertam.

Nicolus Spinula Archiepiſcopus Thebarum, Pontificii Solii Aſſiſtens, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius; Sententiarum quoque, ac Cenſurarum tam in eadem Romana Curia, quàm extrà eam latarum, ac Literarum Apoſtolicarum quarumcunque univerſalis. ac merus Exequutor, nec non Judex à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa in infraſcripta Cauſa per ſpeciale Chirographum Deputatus, & Delegatus.

UNiverſis, & ſingulis Reverendis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parochialiumque, & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeù earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuſcumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeù quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino.

Excommunicati ob læſam Immunitatem Eccleſiaſticam abſolvi non poſſunt, niſi a Summo Pontifice, & Sac. Congreg. Immunitatis Eccleſiaſticæ.

§. 1. Noveritis, quod hac infraſcripta die comparuit coram nobis Perilluſtris, & Excellentiſſimus Dominus Nicolaus Jacobatius Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Procurator Fiſcalis, & notiſſima Jura memorando expoſuit quod licèt Eccleſiaſticæ Cenſuræ ſpecialiter Apoſtolicæ Sedi reſervatæ, quemadmodum in primis ſunt illæ, quæ ex violatione libertatis, immunitatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ proveniunt, ejuſmodi naturæ, & qualitatis ſint, ut nemini omninò, præterquam Summo Romano pontifici pro tempore exiſtenti, ac Sacræ Congregationi ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & controverſiis juriſdictionalibus ab eadem Sede cum neceſſariis ad id facultatibus ſpecialiter deputatæ, ab illis abſolvere, vel eas ſub cujuſcumque Appellationis, ſeu recurſus, aliovè quovis prætexu revocare, aut etiam ad tempus, & ad effectum comparendi, vel agendi tantùm, ſeù quocumque alio modo, ſuſpendere fas ſit. Nihilominus idem Dominus Procurator Fiſcalis noviſſimè hic innotuiſſe ſubjunxit in Regno Siciliæ errorem hac in re pernicioſiſſimum invaluiſſe, quo nonnulli Cenſuris hujuſmodi innodati ad quædam illius Regni prætenſa Tribunalia recurrentes ab eis, vel eorum aſſertis Judicibus, ſeù Delegatis ad effectum agendi, vel alio quæſito colore, abſolutionem ad cautelam, vel cum reincidentia ad aliquot tempus, ſeu etiam plenariè ſub prætextu nullitatis, vel injuſtitiæ earumdem Cenſurarum reportare conſueverant. Unde hac urgentiſſimâ poſtulante causâ, Sanctiſſimus Dominus Noſter Papa promta, & paternâ ſollicitudine curavit, ut à præfatâ Sacrâ Congregatione Immunitatis Eccleſiaſticæ omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis dicti Regni in ejuſdem Pontificiæ ſollicitudinis partem vocatis encyclicæ, ſeu circulares literæ ſcriberentur, quibus excitabantur eadem in re animarum ſaluti conſulere; & per Edictum ad id promulgandum Populos ſuæ curæ commiſſos publicè edocere, quòd à prædictis aſſertis Judicibus & Delegatis ſive proviſionaliter, ſive plenariè abſoluti eiſdem, ut priùs, cenſuris irretiti remanebant ex defectu poteſtatis, & quod propterea erant vitandi, nec ab Excommunicationis vinculo ſolvi poterant, niſi ab ipſo Summo Pontifice, vel prædictâ Sacrâ Congregatione Immunitatis Eccleſiaſticæ, omni alio, quacumque tandem Dignitate, & poteſtate, etiam Apoſtolici Legati à Latere, ſuffulto penitus excluſo.

Archiepiſcopus Meſſanenſis, & Epiſcopus Catanienſis juſſu Sac. Congregationis Edicta promulgant, quibus declarant Excommunicatos ob læsa Immunitatem Eccleſiaſticam abſolvi non poſſe niſi à Summo Pontifice vel à præfata Congregatione.

§. 2. Inter regni Præſules, de quibus nunc loquendum eſt, Edicta hac in re cum inſertione literarum dictæ Sacræ Congregationis die 16. Januarii 1712. datarum promulgarunt Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Joſeph Migliaccius Archiepiſcopus Meſſanenſis, ac Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Andreas Riggius Epiſcopus Catanienſis. Ægrè, & acerbè tulit Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Marchio Carolus Philippus Antonius Spinula Columna de los Balbazes Pro-Rex dicti Regni, & forſan nonnulli alii ex Regiis Miniſtris ægrè ſimiliter tulerunt hanc Edictorum publicationem, ut demonſtravit quoddam Bannimentum de ordine dicti Domini Pro-Regis promulgatum in pluribus Civitatibus, & locis dicti Regni, ac præſertim in Civitatibus Cataniæ & Meſſanæ, per quod ſub inani prorſus, ac inſubſiſtenti prætextu ibidem expreſſo ad publicam notitiam deducebatur prætenſa inefficacia præfatorum Edictorum Epiſcopalium, in quibus inſertæ erant literæ ſupradictæ Congregationis Immunitatis Eccleſiaſticæ, in omni eorum parte, & tenore, illaque propterea nulla, invalida; ac legum tam communium, quàm municipalium læſiva, nec non privilegiis, ac inveteratæ dictiRegni conſuetudini repugnantiadeclarabantur, eâdemque cenſurâ non ſolùm afficiebantur affixa, ut ſupra, & jam publicata, verùm etiam quæcumque alia ſimilia Edicta, & Brevia, ſi quæ in quibuſvis aliis Civitatibus, ſeu Locis Regni prædicti ſimiliter affigi contingeret, & alias, prout in memoratoBannimento, cujus tenorem non quidem approbandi, ſed penitus, & omninò reprobandi animo præſentibus pro expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberiùs continetur. Quare ne Chriſtifideles authoritate laicâ perterriti, & falſis opinionibus ſeducti à via veritatis abberrarent, nonnulli dicti Regni Præſules cuicumque pernicioſo errori providè, ac ſapientèr obviam ire duxerunt: ac ſignantèr dictus Dominus Epiſcopus Catanienſis pro veræ, ac ſanæ Doctrinæ confirmatione, nec non præfati Bannimenti,

omniumque in eo contentorum reprobatione, novum promulgavit Edictum ſub die 7. Aprilis proximè præteriti, illudque in Civitate, ac Diœceſi Catanien. affigi curavit.

§. 3. Hæc novi Edicti publicatio, ſeu notificatio majorem Domino Pro-Regi attulit amaritudinem, & in causâ fuit, ut ſacrilegam ejuſdem Domini Epiſcopi expulſionem decerneret; ad quam proinde exequendam commiſit Joſepho la Roſa Primario Legionis Equeſtris Ordinatori, *Sargente Maggiore* nuncupato, ut, ſecum aſſumptis quibuſdam Officialibus, & Militibus, cum illis Cataniam ſe conferret, conſignavitque eidem Epiſtolam præfato Domino Epiſcopo reddendam in præſentia qualificatorum Teſtium; Cumque in illa demandaretur ipſius Domini Epiſcopi expulſio intra terminum viginti quatuor horarum à Civitate Catanien., & in infra biduum à toto Regno, eidem Joſepho la Roſa inſuper præcepit, ut ſi Epiſcopus infra præfixum tempus diſcedere detrectaſſet, illum ad id per vim cogeret. Pervenit dictus la Roſa cum Officialibus, & Militibus ſibi beneviſis ad dictam Civitatem ſub die 20. Aprilis proximè præteriti, relictiſque alibi, ut ſibi placuit, Equis, circa horam primam noctis cum dimidiâ ad Palatium Epiſcopale ſe contulit; Cumque ad cubiculum, in quo aliqui ex familiaribus dicti Epiſcopi ad ejus obſequia aderant, perveniſſet, eorum alterum requiſivit, ut ſuum adventum eidem Domino Epiſcopo nunciaret; Verùm inurbanè Familiarem ipſum inſequutus, nullo expectato reſponſo, ferè eodem tempore coram dicto Domino Epiſcopo, qui cum Patre Ignatio Romeo è Societate Jeſu de Sacris Miſſionibus tunc loquebatur, ſe præſentavit inſequente eum alio Officiali cum pallio ſtrictè involuto, qui poſtea habitus fuit pro Capitanei Cohortis Locum tenente, ac etiam alio ſubſequente, qui, licèt ignorato nomine, cognitus fuit pro ipſius Cohortis Duce; adducti intereà è Civitate Meſſanen. Milites quinquaginta, vel circiter ſclopis longioribus, brevioribus, & acinacibus armati partim exterius diſpoſiti Epiſcopale Palatium obſederunt, & partim Aulam, ac duas alias interiores proximas manſiones occuparunt, & aliquorum quaterni ſingulas cubiculorum januas evaginatis acinacibus vigiles cuſtodiebant, ingreſſum, & egreſſum tam familiaribus, quàm non familiaribus impediendo; dum autem aliis per Milites interdicebatur introitus, & exitus è Palatio, ipſi Epiſcopo impediebantur etiam colloquia; dictus enim Joſeph la Roſa Domino Epiſcopo ſignificavit à Domino Prorege inter alia habuiſſe in commiſſis ut poſt ſuum acceſſum cum aliquo illum alioqui non permitteret; Ideoque Religioſo cum Domino Epiſcopo, ut ſupra, loquenti ſuaſit, ut diſcederet, qui ſtatim, etiam ipſo Epiſcopo annuente, ab eorum præſentia diſceſſit; non valuit tamen tunc è Palatio exire, à cuſtodia Militum in exterioribus manſionibus exiſtentium præpeditus. Interim majores violentias ſibi à Poteſtate Laicali inferendas prævidens angebatur animo Dominus Epiſcopus, ob tam rigoroſam Palatii cuſtodiam, ob aſſiduam dicti Joſephi la Roſa præſentiam, & potiſſimùm ob illam nunquam intermiſſam Officialis Pallio involuti aſſiſtentiam, qui ipſi Domino Epiſcopo ſive ſedenti, ſive ſtanti, ſive etiam ambulanti, ſemper, & quodammodò lateri affixus adhærebat. Vocati demum de ordine dicti Joſephi la Roſa, advenere inter tertiam, & quartam noctis horam duo Nobiles de Magiſtratu Civitatis, Jurati nuncupati, & in eorum præſentia idem Joſeph Domini Pro Regis Epiſtolam Domino Epiſcopo conſignavit, qui ſtatim legit, eâque perlectâ, omnes illico commonuit adſtantes dictam Epiſtolam fuiſſe ſibi à Domino Pro-Rege conſcriptam, & ordinem ſuæ expulſionis continere infra ſpatium viginti quatuor horarum à Civitate, & infra biduum à Regno. Publice tamen proteſtatus fuit ſe ordinem hujuſmodi exequi non valere, cum à Summo Pontifice fuiſſet ſibi interdictum pro ſervitio Sanctæ Sedis à ſua Diœceſi diſcedere, factâque mutuâ ſuper hoc inter Dominum Epiſcopum, & dictum la Roſa contentione, hic publicè declaravit paratas eſſe duas Naves à Domino Pro-Rege è Civitate Meſſanen. tranſmiſſas, & ab illo habuiſſe in mandatis, ut ſi Dominus Epiſcopus ad diſceſſum ſe ſpontè non diſponeret, & juſſui non pareret, illum adhibitâ vi ad diſceſſum cogere deberet. Rebus ſic ſtantibus, cum Dominus Epiſcopus imminenti demandatarum violentiarum exequutioni ſe reſiſtere non poſſe declaraſſet, illâ eâdem nocte ſe diſceſſurum eſſe dixit. Tenor autem Epiſtolæ Domini Pro-Regis, de qua mentio facta fuit, eſt qui ſequitur:

Enormis violentia illata per poteſtatem Secularem Epiſcopo Catanenſi ob præfati Edicti promulgationem.

Idem Epiſcopus juſſu Pro-Regis Siciliæ, e ſua Civitate, totoque Regno exire compellitur.

Tenor literarum à Prorege ſcriptarum eidem Epiſcopo.

Siendo yà intolerables los yrregulares procedimientos de V. S. en agravio de las Regalias, y preheminencias, que S. M. tiene en eſte Reyno, pues con inconſiderada temeridad parece, que và buſcando todas las ocaſiones de perjudicarlas, y de moſtrar ſu mal afecto al ſervicio de S. M. con notable pertubacion de ſus fieles Vaſſallos y de la quietud publica, que eſtà à mi cargo; y no conveniendo al Real ſervicio de S. M. en reſguardo à todas eſtas comſideraciones, que ſe mantenga en eſte Reyno un Prelato, que hà dado tantos motivos de ſuſpecha, y de diſconfianza al Rey, al Reyno, y à todos ſus naturales; Portanto uſando de la Poteſtad, que tengo come Virrey, y Capitan General, y de la eſpecial, que para eſte caſo me hà conferido S. M., prevengo à V. S. que dentro de viente y quatro horas del recivo de eſta orden ſalga de eſſa Ciudad, y de dos dias de todo Reyno di Sicilia, pudiendo V. S. ir à deſembarcarſe libremente in qualquiera parte que non fuere infecta de Enemigos; y ſe V. S. pretendiere juſtificarſe de eſta reſolucion, puede recurrir con la miſma libertad à la Real Corte de S. M, pues de ella ſe da quenta à S. M. con apercevimiento, de que ſi V. S. no lo executare dentro del termino referido, ſe le obligarà à ello immediatamente con la authoridad Real, que permite la Regalia, y la conſervacion del Eſtado. Mecina 18. de Abril de 1713. Carlos Felipe Antonio Spinola Col. Al Obiſpo de Catanea.

§. 4. Cùm itaque ad effugiendas ulteriores violentias, ac majorem Dignitatis Epiſcopalis contemptum, illâmet nocte Dominus Epiſcopus diſcedere decreviſſet, Naves à Domino Pro-Rege tranſmiſſas recuſando, aliam Nautæ Catanienſis ſibi præparari curavit; Cùmque eâ de causâ de ejus ordine à Familiaribus neceſſaria ad mutationem loci pararetur ſuppellex, certò etiam credidit dictus la Roſa proximè futurum eſſe illius diſceſſum, ac propterea illam tam rigoroſam Perſonæ dicti Epiſcopi ac ejus Familiarum cuſtodiam aliqualiter relaxavit; Unde opportunitate ſumptâ Dominus Epiſcopus applicavit animum ad ea, quæ de ordine Sanctiſſimi Domini Noſtri ſibi fuerant commiſſa in caſu violentiæ, & eo modo, quo potuit, conſcripſit, & reſpectivè conſcribere fecit Cenſurarum Cedulones contra dictum Joſephum la Roſa, Capitaneum, & Milites unâ cum Interdicto Civitatis, & Diœceſis, eoſque ante ſuum diſceſſum in ſolitis Civitatis Catanien. locis affigi juſſit, prout affixi fuerunt: aliis Domino ſuo Vicario Generali relictis illorum copiis in Diœceſi affigendis, & publicandis. Denique, licèt aliqualiter relaxato rigore, nunquam tamen ceſſante vi, & Dignitatis contemptu, Cuſtodes ſemper, & vigiles, videlicet, dictus Joſeph la Roſa unâ cum Officialibus, & armatorum Militum Turmis Dominum Epiſcopum prius ad Cathedralem Eccleſiam, ad quam ſe contulit, & inde ad Navim aſſociarunt. Ipſe autem Dominus Epiſcopus

Catanienſis Epiſcopus Expulſores excommunicat, & Civit. Catanien., totamque Diœceſim Eccleſiaſtico Interdicto ſupponit.

ſic ſacrilegè cum totius Catholici Orbis ſcandalo expulſus, Navim conſcendit cum aliquibus de ſua familia, ac poſt longam, & periculis plenam navigationem Romam pervenit, non alterius profectò culpæ reus (ſi culpa hæc dici meretur) quàm præſtitæ obedientiæ, ut par erat, Apoſtolicæ Sedis mandatis, quemadmodum in ſuâ ad Epiſcopatum aſſumptione juraverat.

§. 5. Prænarratâ ſacrilegâ expulſione Epiſcopi Catanienſis, ſicut præmittitur, commiſsâ, ac præſertim ab antedicto Joſepho la Roſa executioni demandatâ, cum in ſpretum incurſarum Cenſurarum idem ſacrilegus Exequutor publicè in Civitate Meſſanenſi, ſuæ reſidentiæ loco, converſaretur; Cumque Joannes Baptiſta Paterno, & Abbatelli Baro Ficaratii, qui ob Eccleſiaſticæ Immunitatis læſionem excommunicationis pœnam incurrerat, & ab eodem Epiſcopo Catanienſi ſuo Ordinario publicè denunciatus fuerat, illegitimâ, atque indebitâ impetratâ deſuper abſolutione à quodam delegato prætenſi Tribunalis illius Regni, ſimiliter in conſortio Fidelium degeret: ut hæc graviſſima ſcandala penitus tollerentur, ſupremæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Paſtoralis ſolicitudis cura fuit zelum Domini Archiepiſcopi Meſſanenſis excitare, eique injungere, ut pro Animarum ſibi creditarum ſalute dictos Joſephum La Roſa, & Baronem Ficaratii excommunicatos vitandos publicè denunciaret; Quibus, ut par erat, obſequenter ſatisfaciendo Archiepiſcopus præfatus, die 28. proximè præteriti menſis Julii opportuna deſuper, ac declaratoria Edicta in ſolitis Meſſanenſis Civitatis locis affigi mandavit, prout affixa fuerunt per Sacerdotem Franciſcum Bruno Fiſcalem Archiepiſcopalis Curiæ, ejuſque Servientem Franciſcum Impollimene.

§. 6. Jamdudum amaro animo tulerat Sæcularis Poteſtas, quod Dominus Archiepiſcopus eo modo, quo alii Præſules fecerant, ac præſertim Dominus Epiſcopus Catanienſis, de ordine Sanctæ Sedis Edictum de quo ſupra, publicaſſet ſuper neceſſitate reportanti abſolutionem à Summo Pontifice, vel à Sacra Congregatione Immunitatis à Cenſuris ſanctæ Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſervatis, adverſus quod Edictum de ordine Domini Pro-Regis emanaverat ſupra relatum Bannimentum; Nihilominus propter præmiſſa alia, quæ noviſſimè evenerunt, majori irâ eadem Sæcularis Poteſtas exarſit, & ad inferius referenda violenta, ſacrilega, atque deteſtabilia in omnium vindictam devenit. Eâdem ſiquidem die 28. Julii in Carceres conjici fecit Sacerdotem Franciſcum Brunum, ac Franciſcum Impollimene alterum ex Servientibus Archiepiſcopalis Curiæ captos, & ad Carceres ductos à Caporali Antonino Cuppolino, alioque Magnæ Curiæ Birruario, nec non præfata declaratoria Edicta iniquè diſcerpſit; Manu etenim dicti Caporalis Cuppolini, ſibi aſſiſtentibus Joanne Baptiſta Fornarotto Capitaneo Birruariorum ejuſdem Magnæ Curiæ, & Andrea ejus fratre, eadem Edicta cultri ictibus dilacerata fuerunt. Subindè idem Dominus Pro-Rex in ipſum Chriſtum Domini, hoc eſt, in memoratum Dominum Archiepiſcopum manus injicere, eumque non modò à ſua Civitate, & Diœceſi Meſſanenſis, verùm etiam à toto Regno infra horarum viginti quatuor terminum per vim expellere, ac in exilium mittere ſtatuit, prout ope, & operâ infra referendorum Miniſtrorum ſacrilegè executus fuit; Miſit namque ad dictum Archiepiſcopum cum quibuſdam Birruariis Primarium Legionis Militum Inſtructorem Joſephum Odoarte, qui ipſius Domini Pro-Regis literas, exilium hujuſmodi injungentes, eidem Domino Archiepiſcopo redderet, & oretenus pariter id ipſum de ejus mandato illi injungeret, prout de facto injunxit, literaſque ipſimet D. Archiepiſcopo reddidit ejuſdem ferè tenoris, ac aliæ, quæ Domino Epiſcopo Catanienſi redditæ fuerant, videlicet.

Ob ſimilem cauſam Pro-Rex Siciliæ iniquè procedit ad Archiepiſcopi Meſſanenſis violentam expulſionem.

Tenor literarum à Pro-Rege Siciliæ Archiepiſcopo Meſſanenſi conſcriptarum.

Nò ſiendo ya capaces de diſimularſe los irregulares procedimientos, que hà cometido V. S. en agravio de las Regalias, y preeminencias, que S. M. tiene en eſte Reyno, ſin reparar en la que ſus malas conſequencias podian alterar la quietud publica de la Ciudad, nien la grave diſantencion de haverlos practicado V. S. à mi viſta (que es lo mas notables) y el no haver querido V. S. aprovecharſe tampoco de tantos advertimentos, come ſe le han hecho, paraque no cauſaſe eſtos perjuycios à las Regalias de S. M. y nò conviniendo, que por todas eſtas conſideraciones ſe mantenga en el Reyno un Prelado, que con tan poco amor, y zelo hà mirado el ſervicio de S. M. faltando en ello ala obligacion de buen Vaſſalo ſuyo; Portanto uſando de la Poteſtad, que tengo, como Virrey, y Capitan General, y de la e ſpecial, que para eſte caſo me hà conferido S. M. Prevengo à V. S., que dentro de veinte y quatro horas del recivo de eſta Orden ſalga del Reyno y ſi V. S. pretendiere juſtificarſe de eſta reſolucion, puede recurrir à la Real Corte de S. M. pues de ella, ſe le da quenta, con apercevimento de que ſi V. S. no lo executare dentro del termino referido, ſe le obligarà ymmediatamente con la Authoridad Real, que permite la Regalia, y la conſervacion de l'Eſtado. Mecina 28 de Julio 1713. Carlos Felipe Antonio Spinola Col. &c. Al Arzobisbo de Mezina.

§. 7. Acceſſit autem dictus Joſeph Odoarte circa horam vigeſimam primam dictæ diei 28 Julii ad Archiepiſcopale Palatium, ac hujuſmodi ſacrilego mandato iniquè parendo, omnia, & ſingula prænarrata adimplevit manu armatâ, ſtantibus in primis manſionibus dicti Palatii, ad quod ſe contemporaneè contulerant, & ad eundem finem conſpirantibus antefatis Capitaneo Joanne Baptiſta Fornarotto, Andrea ejus fratre, Caporali Antonino Cuppolino, aliiſque Magnæ Curiæ Executoribus, qui moram ibidem uſque ad tertiam noctis horam traxerunt, donec ſcilicet dictus D. Archiepiſcopus magis magiſque concuſſus, atque coactus, ad diſceſſum ab illo Regno ſe diſpoſuit, nihil interim contra vim ſibi inferentes, juxta Sacrorum Canonum præſcriptum, agere valens, cum ſub continuâ, & nunquam intermiſsâ cuſtodiâ prædicti Odoarte, ejuſque Coadjutoris, vulgariter nuncupati *l'Ajutante*, qui illuc ad hujuſmodi effectum ab initio acceſſerat, ſemper extiterit, ac totâ ſuperveniente nocte, totaque ſequenti die 29. Julii uſque ad horam vigeſimam ſic permanſerit, adeout nec cibum, nec ſomnum capere, nec aliud quidquam etiam per minimum temporis momentum, ſine aſſiſtentiâ præſentiâ, ac permiſſione eorumdem Officialium agere potuerit. A ſuæ tandem Reſidentiæ loco ipſe Dominus Archiepiſcopus cum comitatu nonnullorum ſuorum familiarium, & à prædictis Joſepho Odoarte, atque ejus Coadjutore, ut in Commiſſis habebant, aſſociatus, diſcedere, ſibique paratas à Sæculari Poteſtate naviculas, conſcendere, ac ita ſacrilegè expulſus Civitatem, ac Diœceſim ſibi commiſſas totumque illud Regnum, univerſo Populo ſpectante, eiſdemque Joſepho Odoarte, & Coadjutore uſque ad conſummatum diſceſſum in Maris littore aſſiſtentibus, deſerere compulſus fuit.

Archiepiſcopus Meſſanenſis è ſua Diœceſi, totoque Regno violenter exire cogitur.

§. 8. Omnia porrò, quæ, ut ſupra relatum eſt, ab aliis dicti Regni Præſulibus, ac potiſſimum ab Epiſcopo Catanienſi, in Apoſtolicorum mandatorum executionem impleta fuerunt, pari fide, parique zelo implevit ſimiliter Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus

Franciſcus Ramirez Epiſcopus Agrigentinus, qui nimirum inter cætera ſuum promulgavit Edictum ſuper neceſſitate conſequendi abſolutionem à Sede Apoſtolica, quoties agi contingat de cenſuris eidem reſervatis, præſertim ob læſionem Immunitatis, juriſdictionis, & libertatis Eccleſiasticæ. Aliud etiam Edictum pro congruâ ſuperius enunciati Bannimenti de ordine Domini Pro-Regis publicati reprobatione, nec non pro veræ ſanæque doctrinæ eâ in re explicatione proferre non omiſit. Præterea juſſus à Sanctiſſimo Domino Noſtro per ſuas in forma Brevis literas ex Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ad eum non ita pridem datas, ut adverſus illos, qui Laicali authoritate freti fructus, ſeu redditus quoſcumque ad Eccleſiam Catanienſem, illiuſque Epiſcopum ab eâ noviſſimè ejectum pertinentes intercipere, ſeu apud ſequeſtrem deponere præſumpſiſſent, via Juris procedere, bonorumque Eccleſiaſticorum immunitatem ſtrenuè tueretur, ob ejuſmodi cauſam nonnullos, qui ſive mandando, ſive exequendo Authores fuerant, ut proventus Eccleſiæ præfatæ ſub ſequeſtro, ut præfertur, ponerentur, nempè Grava Conſultorem, Moncada, Averna Amico Penſabene Magiſtros rationales, Valdivieſo Conſultorem, N. Magiſtrum Notarium, Executorem ſequeſtri Secretum Civitatis Cataniæ, ſeu Procuratorem Generalem Regium, Dominicum Spadafora cum ſuo Magiſtro Notario Lanzanò in excommucationem incidiſſe declaravit.

Ob eamdem cauſam Pro-Rex Siciliæ ad expulſionem Epiſcopi Agrigentini progreditur.

Verùm hanc, tametſi canonicam, & juſtam bonorum Eccleſiaſticorum defenſionem, aliaque præmiſſa à memorato Franciſco Archiepiſcopo Epiſcopo Agrigentino in executionem eorum, quæ ſibi ab Apoſtolicâ Sede mandata fuerant, peracta ægro animo de more tulit Dominus Pro-Rex, ac propterea etiam tertium hunc Sacrum Antiſtitem è Regno Siciliæ ejicere conſtituit. Ad hanc porrò ejectionem perficiendam mane diei 28. Auguſti proximè præteriti Joannes Ochoa Hiſpanus Armorum Dux ſacrilegæ commiſſionis Executor, tribus Viris Nobilibus Agrigentinis, quos in Teſtes aſſumpſerat, aſſociatus, relictis præ foribus Palatii Epiſcopalis ad cuſtodiam nonnullis armatis Militibus, aliiſque in ipſammet Cathedralem Eccleſiam, ac in Sacrarium proximum ſimiliter, ut credendum eſt, ad cuſtodiam: (ex eodem quippè Palatio Epiſcopali deſcendi poterat ad ſacrarium, & inde patebat tranſitus ad Eccleſiam) non ſine maximâ celebrationis Miſſarum perturbatione, immiſſis, ex improviſo coram præfato Sacro Antiſtite ſe præſentavit, eique in præſentiâ prædictorum trium Teſtium, nec non quorundam Dominorum Canonicorum, quos idem Antiſtes violentias ſibi inferendas, ipſo rumore publico admonente, præſagiens apud ſe hac de causâ retinebat, Domini Pro Regis Epiſtolam reddidit, quâ ei, ut infra ſpatium vigintiquatuor horarum è Civitate Agrigentina, duorum verò dierum è toto Regno exire deberet, eodem planè verborum tenore præcipiebatur, quo aliæ Epiſtolæ aliis duobus Præſulibus ſimiliter ejectis conſcriptæ fuerant, videlicet.

Tenor literarum à Prorege conſcriptarum Epiſcopo præfato.

Siendo ya yntolerables los irregulares procedimientos de V. S en agravio de las Regalias, y prebeminencias, que S. M. tiene en eſte Reyno, pues con ynconſiderada temeridad parece que và buſcando todas las occaſiones de perjudicarlas, y de moſtrar sù mal lafecto al ſervicio de S. M., con notable pertubacion de ſus fieles Vaſallos, y de la quietud publica, que eſtà à mi cargo; Y nò conviniendo al Real Servicio de S. M. que en reſguardo à todas eſtas conſideraciones ſe mantenga en eſte Reyno un Prelado, que hà dado tantos motivos de ſoſpecha, y de deſconfianza al Rey, al Reyno, y à todos ſus Naturales, abuſandoſe en eſto de lo mucho, que ſe le ha tolerado en no haverſe hecho con la Perſona de V. S. las devidas demonſtraciones. Portanto uſando de la Poteſtad, que tengo como Virrey, y Capitan General, y de la expecial, que para eſte caſo me hà conferido S. M., prevengo à V. S. que dentro de veinte y quatro horas del recivo de eſta Orden ſalga de eſſa Ciudad, y de dos dias de todo eſte Reyno de Sicilia; Y ſi V. S. pretendiere juſtificarſe de eſta reſolucion, puede recurrir à la Real Corte de S. M. pues de ella ſe le dà cuenta con apercevimento de que ſi V. S. nò lo executare dentro del termino referido, ſe le obligarà à ello immediatamente con la authoritad Real, que permite la Regalia, y la conſervacion del Eſtado. Mecina 16. de Agoſto 1713. Carlos Felipe Antonio Spinola Col. &c.: A l'Obiſpo de Girgento.

Violentia illata Epiſcopo Agrigentino.

§. 9. Hanc Epiſtolam dictus Dominus Epiſcopus Agrigentinus perlegit; eâque perlectâ, ſupradicto Joanni Ochoa Armorum Duci ſignificavit ſe nequaquam hujuſmodi Domini Pro-Regis Mandatis parere poſſe, obſtante ſibi, ut aſſeruit, Summi Pontificis Præcepto, quo ei vetitum fuerat, ne à ſua Diœceſi diſcederet ob quædam Sedis Apoſtolicæ negotia ſibi demandata. Ad hæc autem idem Ochoa reſpondit ſe adverſus ipſum Dominum Epiſcopum remediis regalibus proceſſurum eſſe, quemadmodum habebat in mandatis, niſi ille intra præfixum terminum diſceſſiſſet; Unde Dominus Epiſcopus ejuſmodi violentiis minimè reſiſtere poſſe aſſerens, ſe diſceſſurum eſſe declaravit. Paraverant ad hunc effectum Sæcularis poteſtatis Miniſtri duas Naviculas, quas pro commoditate diſceſſus eidem Domino Epiſcopo obtulerunt; qui tamen alteram dumtaxat ex eis ſibi ſufficere dixit, ac unum tantummodo Navarchum Naviculæ Patronum acceptavit: reliquos autem omnes exteros remiges conſtanter recuſavit, Agrigentinis Remigibus pro ſui majori ſecuritate aſſumptis, quod tamen non ſine difficultate ei permiſſum fuit. Eâdem itaque die circa horam xxii. dictus Dominus Epiſcopus è Civitate Agrigentina ſede portatili vectus diſceſſit, Militibus inſequentibus, ſemper tamen ſibi ad latus equitante Ochoa præfato, quippe qui etiam ante diſceſſum eum nunquam dereliquerat, adeò ut ipſe Dominus Epiſcopus, etiam cum ob neceſſitatem naturæ alimenta ſumere debuit, ad prandium ſecum admittere coactus fuerit dictum Expulſorem ſuum; qui illum ſic ſemper ei aſſiſtens uſque ad locum, quo in Naviculam conſcendit, quique à Civitate prædicta quatuor milliarium intervallo aberat, aſſociavit: Ibi verò idem Ochoa Nautis, ac Navarcho, priuſquam è littore ſolverent, in ipſo actu diſceſſus diſtrictè interdixit, ne ſub pœna Triremium per decennium, ac bonorum, & naviculæ amiſſionis, exceptis caſibus imminentis tempeſtatis, ac periculi Piratarum, in littoribus, & Terris Regni Siciliæ ipſum Dominum Epiſcopum deſcendere ſinerent.

Epiſcopus Agrigentinus Expulſores excommunicatos palam declarat, & Civitatem Agrigentinam, totamque Diœceſim interdicto Eccleſiaſtico ſupponit.

§. 10. Cæterùm cum ſic ſecutæ ejuſdem Domini Epiſcopi deteſtabili expulſioni, ultra ſupradictum Joannem Ochoa Capitaneum, etiam alii, nempè Joannes Baptiſta Guzzardo, Clericus Pompejus Grugno, Hector Antenoro, N. Ferraro aliàs Schirò, & Capitaneus Recalmuti cum pluribus Militibus, & Sociis opem, favorem, & auxilium præſtiterint; Idcircò dictus Epiſcopus in actu ſui diſceſſus Cedulones à ſe ſubſcriptos reliquit ſtatim affigendos, prout eadem nocte affixi fuerunt, in quibus illi omnes, & ſinguli ob ſacrilegam, & violentam expulſionem prædictam, unà cum aliis quibuſcumque auxiliantibus, faventibus, opem præſtantibus, ac etiam mandantibus in Cenſuras Sacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſignanter literis in die Cœnæ Domini quotannis legi conſuetis inflictas incidiſſe declarabantur, ſimulque Civitas, & Diœceſis Agrigentina ob eandem cauſam generali Interdicto locali ſubji-

cie-

ciebantur. Ipſe verò Epiſcopus ſuſpiria inter, & lacrimas univerſi Populi, cum paucis familiaribus naviculam conſcendit, datiſque vento velis opportuno tempore ad Civitatem Valettam Inſulæ Melitenſis appulit, ac inde longiori Maris tractu, variis ſuperatis ærummis, ad hanc Almam Urbem pervenit. Rebuſque aliis in Proceſſu, & Proceſſibus Cauſæ, & Cauſarum hujuſmodi latius deductis, ad quos &c prædicta omnia committentes, & temerè, ac ſacrilegè patrantes in Terris Catholicis contra Sacros Antiſtites non aliâ de causâ, niſi quod ſua munera pro Animarum ſibi commiſſarum ſalute de ordine S. Sedis Apoſtolicæ fideliter impleverint, tam conjunctim, quàm diviſim, & aliàs omni &c. ſingula ſingulis congruè referendo non ſolùm &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c.

§. 11. Quamobrem ad inſtantiam, & pro parte præfati Domini Procuratoris Fiſcalis fuimus inſtanter, & debitè requiſiti, quatenus firmis remanentibus Cenſuris relaxatis, & publicatis de tempore eorum ejectionis tam per Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Catanienſem à Sanctiſſimo Domino noſtro confirmatis per Breve Sanctitatis Suæ expeditum ſub die 17. Junii proximè præteriti contra Joſephum la Roſa primarium legionis Militum Inſtructorem, Sargentem Majorem nuncupatum, nec non Milites ipſos eorumque Ductorem, ſeu Capitaneum

Summus Pontifex cauſam ejuſmodi ſacrilegarum expulſionum committit A. C.

ſuæ expulſionis Miniſtros, & Executores, quam per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Archiepiſcopum Epiſcopum Agrigentinum contra Joannem Ochoa Capitaneum, Joannem Baptiſtam Guzzardo, Clericum Pompejum Grugno, Hectorem Antenoro, N. Ferraro aliàs Schirò cum Militibus N. N. N. N. N. Capitaneum Recalmuti cum Militibus N. N. N. N. N., & Milites aliorum Oppidorum N. N. N. N. N. N., & Socios auxiliantes, faventes, opem præſtantes, ſimul ac mandantes, ac reſervata dumtaxat Perſona Domini Pro-Regis, quippe cui ipſemet Sanctiſſimus Dominus noſter binas literas in forma Brevis diebus xxiii., & xxx. elapſi menſis Septembris expeditas direxit, quibus eum paternè requiſivit, ac monuit, ut intra terminum ſibi in eiſdem literis præfinitum ad cor reverſus; iiſque omnibus, quæ perperam egit, debitâ emendatione correctis, Eccleſiæ tandem ſatisfaciat, ne aliàs adverſus eum ex Canonicarum Sanctionum normâ ad ulteriora procedere cogatur, & aliàs prout in dictis literis uberius continetur: de opportuno juris remedio providere, & Monitorium extra Romanam Curiam & ad Patres ad legitimè comparendum decernere, & concedere dignaremur. Quare præſentato, & exhibito Nobis Chirographo manu ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri die ſeptima currentis menſis Octobris ſignato, tenoris ſequentis videlicet:

Tenor Chirographi Pontificii, quo cauſa ſacrilegæ expulſionis dictorum trium Prælatorum, è Regno Siciliæ delegatur A. C. eique mandatur, ut contra Expulſores, & alios complices, ad declaratoriam cenſurarum procedat, excepta Perſona tantùm Pro-Regis & firmis remanentibus Cenſuris alias à dictis Præſulibus promulgatis.

Monſignor Nicolò Spinola Arciveſcovo di Tebe, & Auditor Generale della Noſtra Camera Apoſtolica. Havendo Noi ſin da quando con particolare afflizzione dell'animo noſtro ne haveſſimo la notizia, ordinato, à Voi con ſpeciali noſtri Chirografi, che dal Voſtro Tribunale ſi doveſſero fabricare li Proceſſi ſopra le ſacrileghe eſpulſioni di Monſignor Andrea Riggio Veſcovo di Catania, e ſucceſſivamente di Monſignor Giuſeppe Migliaccio Arciveſcovo di Meſſina, non ſolo dalle loro Città, e Dioceſi, ma anco da tutto il Regno di Sicilia, ſeguite ne' meſi paſſati per ordine del Marcheſe de los Balbaſes Carlo Filippo Antonio Spinola Colonna Vicerè di detto Regno, & eſſendoſi già dal predetto voſtro Tribunale tutto ciò eſeguito, come anche havendo Noi già inteſa dal noſtro Fiſcale Generale la relazione di detti Proceſſi, & inſieme udito il parere d'una Congregazione particolare di noſtro ordine ſopra di ciò tenuta, quale fù di ſentimento, che li delitti di dette eſpulſioni, Autori di eſſe, Eſecutori, e Complici reſtaſſero baſtantemente verificati in maniera che foſſe luogo contro li Rei alla declaratoria dell'Incorſo nelle Cenſure; Quando appunto ſtavamo per ordinarvi, che doveſte procedere à detta declaratoria, ad effetto di vindicare le gravi leſioni inferite con le accennate eſpulſioni all'Immunità, Giuriſdizione, e libertà Eccleſiaſtica nel giorno 30. del caduto meſe di Settembre haveſimo notizia eſſer giunto in Roma parimente eſpulſo del medeſimo Regno d'ordine dall'isteſſo Vicerè di Sicilia ſotto li 28. Agosto proſſimo paſſato Monſignor Arciveſcovo Franceſco Ramirez Veſcovo di Girgento; Avendo però Noi nell'iſteſſo giorno con altro noſtro Chirografo ſubito ordinato à voi, e al voſtro Tribunale, che ſi procedeſſe alla ſollecita formazione del Proceſſo anco ſopra queſta nuova ſacrilega eſpulſione, & eſſendo ſtato detto Proceſſo nella parte più ſoſtantiale già formato nel medeſimo giorno, e da Noi ſteſſi riconoſciuto aſſieme con la lettera originale d'eſſo Vicerè in data delli 16. Agoſto ſudetto, dalla quale riſulta l'ordine dato per detta eſpulſione; anzi di più avendo noi ſentito eziandio ſopra queſta terza eſpulſione il parere della Congregazione particolare ſudetta da Noi deputata, quale è ſtato, che il fatto della medeſima eſpulſione ordinata, come ſopra, dal ſudetto Vicerè parimente reſti pienamente provato, e inſieme reſtino verificati gl'Eſſecutori di eſſa, quali in occaſione dell iſteſſa eſpulſione furono dichiarati ſcommunicati dal medeſimo Monſignor Arciveſcovo Ramirez Veſcovo di Girgento, con aver laſciati li Cedoloni da affiggerſi contro di loro, come immediatamente la notte doppo la ſua partenza furono affiſſi contro il Capitano Giovanni Ochoa Spagnolo, Giovanni Battiſta Guzzardo, Chierico Pompeo Grugno, Ettore Antinoro, N. Ferraro aliàs Schirò, con Soldati N. N. N. N. N. Capitano Ricalmuti con Soldati N. N. N. N. N., e Soldati d'altri Caſtelli N. N. N. N. N. N., e Compagni, Auſiliatori, Fautori, e preſtanti ajuto, e inſieme mandanti; Nè volendo noi, che leſioni sì enormi, e ſacrileghe replicamente inferite ne Chriſti del Signore, cioè à dire nelle Sacre Perſone di detti trè Prelati all'Immunità, e libertà della Chieſa, reſtino impunite; ancorchè voi, e il voſtro Tribunale, come Eſſecutore Generale delle lettere Apoſtoliche potreſte procedere in queſta cauſa, ò cauſe in vigore delle voſtre facoltà, nondimeno à maggior cautela, di noſtro moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà aſſoluta, preſervando, primieramente tutte, & ſingole altre ragioni, che intorno à ciò poteſſero in qualunque modo, e tempo competere al noſtro Fiſco, avocando à Noi, in quanto faccia di biſogno, queſta cauſa, ò cauſe da qualunque Tribunale, Congregatione, e Giudice, & avendo qui per eſpreſſo il contenuto del Proceſſo, ò Proceſſi fabricati d'ordine noſtro, come ſe di parola in parola vi foſſero ſtati inſerviti: con il preſente noſtro Chirografo le commettiamo à Voi, e al voſtro Tribunale nello ſtato e termine, nelli quali ſi ritrovanno, con tutti li loro anneſſi, e conneſſi, emergenti, e dependenti, anche con la clauſula quam, & quas &c. à riſerva ſolamente della Perſona di detto Vicerè, atteſo che per procedere con il medeſimo in tutta la più paterna, & indulgente maniera, sì come per le violente, e ſacrileghe eſpulſioni delli Monſignori Arciveſcovo di Meſſina, e Veſcovo di Catania da lui ordinate, e per altre graviſſime offeſe da lui fatte alla lebertà Eccleſiaſtica, e alla giuriſdizione noſtra Pontificia, prima di procedere contro di eſſo alla meritata declaratoria del ſuo manifeſto incorſo nelle Cenſure, gli ſcrivemmo Noi ſteſſi lettere in forma di Breve in data delli 23. del paſſato meſe di Settembre, ſeriamente ammonendolo à corregere li ſuoi eceſſi, e dare alla Chieſa tanto da lui offeſa le dovute ſodisfazioni dentro il termine prefiſſogli nell'iſteſſo Breve; così doppo di aver udito il nuovo ecceſſo

da lui commeſſo con altra non meno deteſtabile eſpulſione del predetto Monſignor Arciveſcovo Ramirez Veſcovo di Girgento, ancorchè in vedere che egli ben lungi dal dare alcun ſegno di reſipiſcenza, e pentimento de' ſuoi paſſati ecceſſi, ſi era avanzato à commetterne nuovi ſemper più gravi, aveſſimo dovuto ſenza maggior indugio prendere contro di lui ogni più rigoroſa riſoluzione: nientedimeno; per abondar ſeco in manſuetudine, e carità, gli abbiamo voluto ſcrivere altre lettere ſimilmente in forma di Breve in data delli 30. dell'iſteſſo paſſato Meſe di Settembre, cioè à dire in quell'iſteſſo giorno, in cui ſappemmo l'arrivo in Roma del ſudetto terzo eſpulſo Prelato, e doppo aver riconoſciuto, come de ſopra abbiamo detto, il Proceſſo formato nel medeſimo giorno dal voſtro Tribunale ſopra queſta terza eſpulſione; replicando al detto Vicerè in queſte ſeconde lettere con maggior forza le ammonizioni contenute nell'altre precedenti noſtre lettere e inſieme incaricandogli di aggiungere àlle ſodisfazioni da noi ivi richieſte anco quella di adequatamente riparare il predetto ſuo ultimo attentato dentro il termine aſſegnatoli, per non eſſer obligati in evento contrario à procedere contro di lui ſenza altro ritardo, e ſenza alcuna nuova monizione alla mentovata declaratoria, come più ampiamente ſi contiene in dette noſtre lettere, alle quali &c. Vi commandiamo perciò eſpreſſamente, che con la predetta riſerva, e reſtando ferme le Cenſure rilaſſate, e publicate nel tempo, ed in occaſione della loro eſpulſione tanto da Monſignor Veſcovo di Catania, confermate con altro noſtro Breve in data delli 17. Giugno proſſimo paſſato contro il Sargente Giuſeppe la Roſa, Capitano, e Soldati, che furono Miniſtri & Eſſecutori di detta ſua eſpulſione, quanto da Monſignor Arciveſcovo Veſcovo di Girgento contro le Perſone di ſopra eſpreſſe, ed altre non ſpecificate, dobbiate non ſolo in virtù delle voſtre facoltà generali, mà anche in vigore di quelle, che vi concediamo con queſto noſtro Chirografo procedere, e dichiarare incorſi in tutte, e ſingole Cenſure, e pene Canoniche il Sargente Maggiore Gioſeppe Odoarte, N. N. detto l'Ajutante; Gio. Batiſta Fornarotto Bargello ò Capitano della Gran Corte, Andrea ſuo fratello Antonino Cuppolino, & N. N. N. N. N. N. N. N. N. Birri, & altri Eſſecutori, Auſiliatori, Complici, & ogni altra Perſona, che ſi trovaſſe colpevole nelli ſudetti Ecceſſi contenuti nel Proceſſo, ò Proceſſi già fabricati, contro li quali non hebbe modo, ò tempo detto Monſignor Arciveſcovo di Meſſina di procedere alla declaratoria, per non eſſere mai ſtato abandonnato, nè di giorno nè di notte dalla Guardia, ò Cuſtodia, che ſe gli faceva, ò altri, che ſcopriſſero in avvenire nella proſecuzione de' medeſimi proceſſi, ſe giudicarete di farla: Et affinche più facilmente poſſiate ciò eſeguire, vi concediamo ancora la facoltà, rimoſſa ogni appellazione, richiamo, ricorſo, oppoſizione di nullità etiam ex tribus, & altre ordinarie, & eſtraordinarie di poter citarli anco per editto, coſtando anco ſommariamente, & ſtragiudicialmente, e quanto vi parerà, che baſti del non tuto acceſſo; Volendo, e decretando, che il Monitorio, ò Monitorii, che intorno à ciò ſi ſpediranno da voi, e dal voſtro Tribunale, affiſſi che ſaranno in Roma alla Baſilica di San Pietro, alla Curia Innocenziana, & in Campo di Fiore, & alle Chieſe Cathedrali, ò Maggiori delle noſtre Città, Terre, & Luoghi di Terracina, Nettuno, Perto d'Anzio, Fiumicino, Civita Vecchia, ed Ancona, vagliamo, & habbino la loro forza, e vigore, come ſe perſonalmente foſſero ſtati, civitati, moniti, & intimati, derogando in quanto ſia di biſogno à queſto effetto, è per queſta volta ſolamente, alle Coſtituzioni Apoſtoliche fatte, & ordinate anche ne i Concilii Generali, e particolarmente à quelli delli noſtri Predeceſſori Bonifazio VIII. de una e d'Innocenzo III. nel Concilio Generale Lateranenſe de duabus dietis, & ogni altra coſa, che faceſſe in contrario, ancorche haveſſe biſogno di eſpreſſa, pecifica, & individua menzione, il tenore delle quali tutte, e ſingole vogliamo, che ſi habbia qui per eſpreſſo, & inſerto di parola in parola, e che il preſente noſtro Chirografo vaglia, & habbia il ſuo pieno effetto, vigore, & eſſecuzione con la noſtra ſola ſottoſcrizione, benchè non ſia regiſtrato nelli libri della noſtra Camera, nè in altro modo ſia ſervata la forma della Coſtituzione di Pio IV. parimente noſtro Predeceſſore de regiſtrandis, alla quale perciò per queſta ſola volta deroghiamo, & che contro di eſſo non ſi poſſa in alcun tempo opporre d'obbrezzione, ò ſubrezzione, mancanſa della noſtra volontà, & intenzione, nè qualſivoglia altro difetto, benchè degno di eſpreſſa, ſpeciale, & individua menzione, e che non ſi poſſa diverſamente interpretare, ò giudicare: Dichiarando nullo & irrito tutto ciò, che in contrario da qualunque perſona ſcientemente, ò ignorantemente ſi faceſſe, ò ſi attentaſſe. Non oſtanti quanto à tutte, e ſingole coſe premeſſe qualſivoglia Coſtituzioni, & Ordinazione Apoſtoliche, Concilii anco Generali, ſtatuti, uſi, conſuetudini, Decreti, Indulti, e Privilegii ſotto qualunque forma, e tenore, etiam con derogatorie, di derogatorie, etiam conceſſe motu proprio, e con qualſivoglia clauſule, e decreti, alle quali tutte, e ſingole exiandio più volte confermate, benchè ricercaſſero ſpeciale, & individua menzione havendo li loro tenori per eſpreſſi, di ſimil moto proprio, e pienezza della noſtra aſſoluta Poteſta eſpreſſamente, per queſta volta ſola, e per gli effetti ſudetti pienamente deroghiamo, perchè tale è la noſtra certà, eſpreſſa, e determinata mente, e volontà. Dato nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto dì 7 Ottobre. 1713.

CLEMENS PAPA XI.

Petiit, & ſumma cum inſtantiâ poſtulavit, ſine præjudicio tamen procedendi ſuis loco, & tempore contra alios in præſenti Monitorio non nominatos, & in præmiſſis hucuſque repertos, vel in poſterùm reperiendos culpabiles, tam ex causâ prædictarum expulſionum, quàm cujuſcumque alterius læſionis Immunitatis, Libertatis, & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ac omnium, & ſingulorum Jurium hactenus quomodolibet, & qualitercumque Fiſco acquiſitorum, & competentium ſuis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus, & aliis de jure, & de ſtilo proteſtandis expreſsè proteſtatur, itaut proteſtatio hujuſmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum noſtrarum Literarum Monitorialium, & in toto Proceſſu deſuper in poſterum fabricando & non aliàs &c. quatenus ſibi Literas Monitoriales ad Partes per Edictum publicum in locis in præinſerto Chirographo deſignatis affigendas, exequendas, & publicandas, cum pro illis exequendis in Regno Siciliæ tutus non pateat acceſſus, in formâ ſolitâ decernere, & concedere, & aliàs de opportuno juris remedio providere dignaremur. Nos igitur Nicolaus Spinola Archiepiſcopus Thebarum, Judex Exequutor, & auditor prædictus attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, in vim Ordinariæ noſtræ Authoritatis, præinſertoque Chirographo Nobis, ut præfertur, præſentato inhærentes, ac etiam facultate in illo Nobis, noſtroque Tribunali attributâ utentes, conſtitoque Nobis per Teſtes fide dignos de mandato noſtro jam examinatos ad dictum Regnum Siciliæ, in quo moram trahunt, & morari ſolent, citandi, & monendi pro præſentibus noſtris Monitorialibus Literis exequendis tutum non patere acceſſum, petitas Literas monitoriales concedendas, & in locis infra dicendis exequendas, & publicandas fore, & eſſe duximus, & mandamus per præſentes.

§. 2. Quocirca Vobis omnibus, & ſingulis

ſu-

ſupradictis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus viſis eiſdem præſentibus, per præſens publicum noſtrum Edictum in Romanâ Curiâ in Audientiâ publicâ Literarum Contradictarum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ legen., & ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, & extra eam in Confinibus maritimis hujus Status Eccleſiaſtici, nempe in Civitatibus, Terris, & Locis Terracinæ, Neptuni, Portus Antii, Flumicini, Civitatis Vetulæ, & Anconæ per affixionem, publicationem, & executionem ad valvas Cathedralium, & majorum Eccleſiarum reſpectivè ex parte noſtrâ, imò veriùs Apoſtolicâ authoritate, pro nunc, & ſine præjudicio facultatis procedendi ſuis loco, & tempore contra alios tam in præmiſſis, quàm in aliâ quâvis causâ læſivâ Immunitatis, Libertatis, & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ repertos, vel reperiendos culpabiles, quam facultatem Nobis expreſsè reſervamus, & firmis remanentibus Cenſuris, tam à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa contra Joſephum la Roſa, nec non Ducem, ſeu Capitaneum, ac Milites Executores, ſeu Miniſtros ſacrilegæ expulſionis Domini Epiſcopi Cataneinſis ut ſupra, confirmatis, quàm aliis contra Capitaneum Joannem Ochòa Hiſpanum, Joannem Baptiſtam Guzzardo, Clericum Pompejum Grugno, Hectorem Antenoro, N. Ferraro aliàs Schirò, cum Militibus N. N. N. N., Capitaneum Recalmuti, cum Militibus N. N. N. N., & Milites aliorum Oppidorum N. N. N. N. N. N., ac Socios, Auxiliatores, Fautores, opem præſtantes, ſimul atque mandantes, occaſione alterius non minus deteſtabilis expulſionis ſupradicti Domini Archiepiſcopi Epiſcopi Agrigentini publicatis, & declaratis; ſupradictos *Joſephum Odoarte Primarium Militum Inſtructorem, Sargentem Majorem, nuncupatum, N. N. ejus Adjutorem nuncupat. l'Ajutante, nec non Joannem Baptiſtam Fornarottum Baroncellum, ſeu Capitaneum Magnæ Curiæ, Andream ejus fratrem, Antoninum Cuppolinum Caporalem, N. N. N. N. N. N. N. N. N. Birruarios dictæ Magnæ Curiæ*, qui in alia ſimiliter ſacrilegâ expulſione Domini Archiepiſcopi Meſſanenſis complices fuerunt, omneſque alios in executione præſentium deſignan., & reſpectivè, nominan. & cognominan., citetis, moneatis, & requiratis, prout Nos eoſdem harum ſerie citamus, monemus, & requirimus primo, ſecundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum menſium ſpatium quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro ſecundo, poſteriores verò viginti dies pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trinâ canoniciâ monitione aſſignamus, & vos aſſignetis debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ in Judicio coram Nobis, vel infraſcripto Perilluſtri, & Excellentiſſimo D. Antonio Sabaino Locumtenente noſtro in Criminalibus Generali legitimè comparuiſſe, & comparere ad deducendum, & allegandum cauſam quare non debeat ipſos, & eorum quemlibet in omnes, & ſingulas cenſuras, & pœnas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præſertim in Bullâ die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari ſolitâ contentas, inflictas, impoſitas, & comminatas incidiſſe, & incurriſſe declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas quaſcumque deſuper neceſſarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, & ſingulos actus de, & ſuper præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſarios, & opportunos procedi, nec non reſpectivè ad viden. ſeſe in cenſuras, & pœnas hujuſmodi incidiſſe, & incurriſſe declarari; Ipſique

Omnes prædictarum expulſionum Rei aut complices monentur ad comparendum ſub pœnis, & cenſuris.

Domino Procuratori Fiſcali Generali jus & juſtitiam miniſtrari. Certificantes eoſdem *Joſephum Odoarte, N. N. ejus Adjutorem, nec non Joannem Baptiſtam Fornarottum Baroncellum, Andream ejus fratrem, Antoninum Cuppolinum Caporalem & N. N. N. N. N. N. N. N. N. Birruarios dictæ Magnæ Curiæ*, omneſque alios, quos tangit, ſic citatos & monitos, quod ſi in dicto termino ipſis præfixo legitimè non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infraſcriptus nihilominus ſervatis terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, ad omnium, & ſingularum cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſus declarationem, & executionem, Cedulonorumque dictæ excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque reſpectivè, & ad omnia alia neceſſaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, ſive deveniet, & procedet, juſtitiâ mediante, eorum abſentiâ, & contumaciâ non obſtante. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Mag â Curiâ Innocentianâ Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio, Indictione ſextâ, die verò decimâ tertiâ menſis Octobris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis Divinâ providentiâ Papæ XI. Anno decimo tertio.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curiæ Cauſar. Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

Die 23. Januarii 1714. Elapſis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliiſque ſervatis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, lata, & publicata fuit contra omnes præfatos Citatos, & Contumaces Sententia declaratoria incurſus in omnes, & ſingulas Cenſuras ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impreſſa, & conſuetis locis Urbis palàm affixa fuit publica Schedula Cedoloni nuncupata, qua ipſi univerſis Chriſtifidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, tenoris ſequentis videlicet:

Nicolaus Spinula Archiepiſcopus Thebarum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ac Solii Pontificii Epiſcopus Aſſiſtens, & Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum tam in eâdem Romana Curiâ, quàm extra eam latarum, & Literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus Executor, ac Judex ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papâ ſpecialiter Delegatus.

HIC AUCTORITATE APOSTOLICA NOBIS A'SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PAPA DELEGATA.

Joſephus Odoarte Primarius Militum Inſtructor Sargente Maggiore in Civitate Meſſanæ nuncupatus.

N. ejus Adjutor nuncupatus l'Ajutante.

Joannes Baptiſta Fornarottus Baroncellus, ſeu Capitaneus Magnæ Curiæ Meſſanæ.

Andreas ejus frater.

Antoninus Cuppolinus Caporalis, & N.N.N.N. N. N. N. N. N. Birruarii dictæ Magnæ Curiæ.

Declarantur excommunicati, & innodati omnibus, & ſingulis cenſuris, & pœnis in Sacris Canoni-

bus,

bus, Conciliis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præsertim in Bullâ in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari ſolitâ contentis, & à Fidelium conſortio disjuncti, ſegregati, & ſeparati, à quibus nonniſi à Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, & tunc cum reincidentiâ eo ipſo, poſtquam convaluerint, abſolvi poſſint, ex quo cum Joſephus la Roſa in ſpretum Cenſurarum incurſarum & contra eum declaratarum, tanquam ſacrilegum Executorem expulſionis Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi Catanienſis publicè in Civitate Meſſanæ ſuæ reſidentiæ loco converſaretur, & in Civilibus, ac Divinis communicaret, atque id ipſum perageret Joannes Baptiſta Paternò Baro Ficarazzii, qui pariter ob læſionem Eccleſiaſticæ Immunitatis ab eodem Domino Epiſcopo Catanienſi ſuo Ordinario publicè excommunicatus denunciatus fuerat, & ſub prætextu abſolutionis, licèt nullæ, ac invalidæ à quodam aſſerto Delegato prætenſi Tribunalis Monarchiæ Siciliæ nuncupati obtentæ ſimiliter in conſortio Fidelium degeret, excitatâque ſubinde de ordine Sanctiſſimi Paſtorali Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Archiepiſcopi Meſſanenſis ſollicitudine, ut pro Animarum ſalute dictos Joſephum la Roſa, & Baronem Ficarazzii in dictâ Civitate Meſſanæ, tanquam excommunicatos vitandos publicè denunciaret, idem Archiepiſcopus obſequenter parendo declaratoria Edicta in ſolitis Meſſanæ locis affigi mandaviſſet, prout affixa fuerunt; In odium præfatæ affixionis de ordine Sæcularis Poteſtatis ſub die 28. Julii in Carceres fuerunt conjecti Sacerdos Franciſcus Brunus, ac alter eidem Archiepiſcopali Curiæ inſerviens per dictum Caporalem Antonium Cuppolinum, aliumque dictæ Magnæ Curiæ Birruarium, qui Caporalis præfata declaratoria Edicta iniquo ulteriùs, & temerario auſu, aſſiſtentibus prædictis Joanne Baptiſtâ Fornarotto Baroncello & Andrea ejus fratre ictibus cultri diſcerpſit, & laceravit; Decreta verò poſtmodùm à Domino Prorege ejuſdem Domini Archiepiſcopi expulſione, illâque commiſſâ dicto Joſepho Odoarte, hic illam temerè fuit exequutus; Sub die etenim 28. Julii præteriti ad Archiepiſcopale Palatium ſe contulit, & ſacrilego mandato parendo, ipſi Archiepiſcopo ad tenorem literarum ejuſdem Domini Proregis, quas reddidit, diſceſſum intra ſpatium viginti quatuor horarum à Civitate, & Regno etiam oretenus injunxit, contemporaneè accerſitis, ac ad eumdem finem conſpirantibus N. ejus Adjutore nuncupato l'Ajutante, antefato Capitaneo Birruariorum Joanne Baptiſta Fornarotto, Andrea ejus fratre, Antonio Cuppolino, aliiſque Magnæ Curiæ Executoribus, qui moram in primis Palatii manſionibus uſque ad tertiam noctis horam traxerunt, donec ſcilicet dictus Dominus Archiepiſcopus magis, magiſque concuſſus ab illo Regno diſcedere coactus fuit, ſemper interea degens ſub continuâ, & nunquam intermiſſâ prædicti Odoarte, ejuſque Coadjutoris cuſtodiâ, qui tota ſuperveniente nocte, totâque ſequenti die 29. Julii, nec per momentum quidem datâ ei libertate, illum ad paratas à Poteſtate laicâ Naviculas, & ſic ad conſummatum diſceſſum ab Inſulâ & Regno ſemper aſſociarunt; Hæc omnia in contemptum, ac læſionem juriſdictionis, Libertatis, & Immunitatis Eccleſiaſticæ, ac auctoritatis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reſpectivè committendo, ſingula ſingulis &c., & prout latiùs in Sententiâ per Nos latâ continuetur, ad quam &c; Ideoque tanquam excommunicati, & ſupradictis Cenſuris Eccleſiaſticis innodati, & illaqueati ab omnibus Chriſtifidelibus evitentur, donec, & quouſque beneficium abſolutionis ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro, ſive à Romano Pontifice pro tempore exiſtente obtinuerint. Inſtante Excellentiſſimo Domino Nicolao Jacobatio Generali Procuratore Fiſcali. Romæ hac die 23. Januarii 1714.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Notarius.

Amoventes, lacerantes, aut aliquo modo deturbantes ſint ipſo facto eiſdem Cenſuris innodati, & excommunicati, ut ſupra.

Antonius Sabainus Locumteneus, & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Notarius.

MONITORIUM

V.

Die 13. Octobris 1713. vigore ſpecialis Chirographi Pontificii expeditum contra Franciſcum Miranda & Gayarre aſſertum Judicem prætenſi Tribunalis Monarchiæ Siculæ, ex quo Cenſuras ab Epiſcopo Catanienſi contra Expulſores ſuos pronunciatas nullas, ac injuſtas, nec non Interdictum ab eodem Epiſcopo in actu ſuæ expulſionis Civitati Catanien, ejuſque Diœceſi appoſitum nullum pariter, ac injuſtum declarari fecerit, & plura alia in graviſſimum Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & authoritatis Sanctæ Sedi Apoſtolicæ præjudicium perpetrare auſus fuerit.

Nicolaus Spinula Archiepiſcopus Thebarum, Pontificii Solii Aſſiſtens, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius; Sententiarum quoque, ac Cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac Literarum Apoſtolicarum quaruncumque Univerſalis, ac merus Exequutor, nec non Judex à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa in infraſcripta Cauſæ per ſpeciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.

UNiverſis, & ſingulis RR. Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis Parochialiumque, & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæteriſque Presbyteris, nec non Clericis, Tabellionibus quibuſcumque, illique, vel illis, ad quem vel ad quos præſentes noſtræ Literæ pervenerint, ſeù quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino.

§. 1. Noveritis, quod, hac infraſcriptâ die comparuit coram Nobis Perilluſtris, & Excellentiſſimus Dominus Nicolaus Jacobatius Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejuſque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Procurator Fiſcalis, & expoſuit jam in Tribunali noſtro ex Proceſſibus deſuper fabricatis conſtare, quòd Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Andreas Riggius Epiſcopus Catanienſis non modò à ſua Civitate, & Diœceſi Catanien, ſed etiam à toto Regno Siciliæ de ordine Domini Pro-Regis dicti Regni ſacrilegè non minùs, quàm violenter expulſus, in actu ſuæ expulſionis affigi fecerit Cedulones Cenſurarum contrà Joſephum la Roſa Primarium Militum Instructorem, Sargentem Majorem nuncupatum,

Epiſcopus Catanienſis juſſu Pro-Regis Siciliæ è toto Regno expulſus in actu expulſionis excommunicavit Executores.

nec